



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

Quòd intentionis bonæ tres sunt gradus, scilicet intentio rectificata,
simplificata, & deificata. Cap. XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

& sobria mentis exultatio. De quo dicit Origenes: Non inueni veritas signum boni cordis, quam si inter arumnas feras dulcedinem mentis ex frequentia sobria exultationis. Tertium est, ordo correctionis, ut scilicet à teipso primò correctionem incipias, & alios postea corripias, ne tibi dicatur: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, irabem autem in oculo tuo non consideras?* Quartum est, benignitas fraternæ compa-
 sionis, quia, secundum Gregorium, vera iustitia compassionem habet, falsa dedignationem. Et quia bonus est corde, benignus est compa-
 sione. Quintum est, immobilitas mentis in omni euentu, tam aduerso, quam prospero. Semper enim *diligit qui amicus est*. Et signa hæc breuiter Origenes tangit super illud Canticorum: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, filia principis*, dicens: Si in operibus, quæ agis, laudem humanam vitas, si sobriè exultas, si prior te corripias, si alijs benignitatem exhibeas, si patientiam in aduersis ostendas. Interiora vero signa recte intentionis sunt duo, scilicet charitas in intentione, & veritas in electione. Charitas intentionem ad omnia, quæ sunt ad finem principaliter intentum, dirigit & extēdit, ac per hoc arctius vnit, cum in omnibus vnum intendit, & ad vnum tendit, & omnia, quantum potest, cum ipso vnire querit. Veritas in electione non sinit eam circa finem errare intentum: ideo talis intentio merito dicitur recta sine obliquitate, & simplex sine admixtione: quæ per charitatem & veritatem adiuta, cuncta temporalia derelinquit, ut ad æterna perseveranter assurgat, donec intentio tentio fiat. Si enim, secundum Gregorium, semel in appetitione celestis patriæ forti stabilitate animus per intentionem figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motibus eandem intentionem suam quasi quendam secretissimum secessum petit, ibique incommutabili bono inharere, & cuncta mutabilia transcendens, ipsa iam tranquillitate quietis suæ in mundo, extra mundum est. Excedit enim omnia ima intentione summorum. Et cunctis rebus, quas non appetit, libertate quadam superesse se sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quàm intuetur foris: quia terrena cuncta, quæ concupita mentem opprimere poterant, despecta subteriacent.

*Quod intentionis bonæ tres sunt gradus, scilicet intentio re-
 ctificata, simplicata, & desicata.*

Cap. XXVII.

Vult.

Lucæ 6.

Stimulo

Prover. 17.

Cant. 7.

Intentionis
 rectæ signa
 interiora
 duo.

Vbi *Ubi* *asti* *cor* *meum* *sponsa* *mea* *sponsa*, &c. Per oculum in-
scripturis intentio designatur, quæ præsertim est diuini
cordis vulneratiua, dummodò fuerit per omnimodam
conformitatem deificata. Dicit autem Ambrosius super
illud ad Romanos: *Si radix sancta, & rami*: Intentio tua
operi tuo nomen imponit, quia bonum opus ex intentione appro-
batur vel reprobatur, dicente Gregorio super illud Euangelij: *Lucer-
na corporis tui est oculus tuus*. Lucernam appellat intentionem, & cor-
pus actionem. *Lucerna ergo corporis est oculus*, quia per radium bonæ
intentionis merita illustrantur actionis. *Vnge ergo caput tuum*, in eum
refundens, qui supra te est, quicquid est in te deuotionis, dilectionis,
affectionis, operationis, locutionis, vel cogitationis. *Vnge caput tuum*,
vt si qua in te est gratia, referatur ad ipsum, nec tuam, sed ipsius quæras
gloriam. Dicit enim Augustinus, quod magna virtus est continere
gloriam; quia contemptus eius in conspectu Dei est. Nam rectè vi-
uere & nolle laudari, quid aliud est, quàm inimicum esse rebus hu-
manis? pertinet autem ad oculum mundum, in rectè faciendo laudes
hominum non inueniri, sed illum solum, cui rectè viuunt, qui conscientia
solus inspector est. Hæc ille.

Notandū autem ad maiorem euidentiā; quod tres gradus in-
tentionis bonæ distingui possunt. Primus dicitur intentio recta, vel
rectificata quæ scilicet principaliter ad Deum propter Deum dirigi-
tur: & procedit ex voluntate affectiua; æstu diuini amoris calefacta, quæ
voluntas sic æstuans, intentionem ad consecutionem æterni finis de-
siderati, operando impellit, liquefaciendo in Deum dirigit, nec eam
sistere nisi in æterno Deo sinit. Dicit autem Gregorius: Intentio, pri-
usquam se in actione exercent, hoc iam, quod appetit, contemplatur,
& vnaquæque actio suam intentionem quasi oculum intuentem se-
quitur. Ideo vigilanti cura per opera cuncta nobis intentio nostra pen-
sanda, vt nihil temporale in his, quæ agit, apperat, sed totum se in
soliditatem æternitatis figat, ne si extra fundamentum actionis no-
stræ fabrica ponitur, totū opus in nihilum soluatur: quia summa eti-
am opera inaniter fiunt, si intentione cordis extra æternitatis recti-
ficata, est sobria læticia & exultatio mentis, etiam in aduersis. Dicit e-
nim Origenes super Cantica: Non inueni verius signum boni homi-
nis, quàm si inter ærumnas fert dulcedinem mentis, ex frequentia so-
bræ exultationis & læticia. Hoc enim signum denotat immobilita-

Intentio
recta.

Intentio
simplex.

Cant. r.
Oculo sim-
plici duo
necessaria.

Intentio
deiformis.

tem mentis in aduersis & prosperis: quod est signum intrinsecum re-
cta intentionis. Secundus gradus dicitur intentio simplex, vel simpli-
ficata, quae nimirum est Deo magis immediata, & odore finis dulcius
allecta. Et est contemplatiuorum, sicut intentio rectificata est actiuo-
rum, procedens experimentaliter ex affectiua voluntate. Experimen-
talis enim odor vltimi finis, alia cuncta postponit, nec intentionem in
aliquo alio quiescere finit, sed eam vltimo fini, quantum potest, im-
mediate vnit, eoque in tali experientia intentio non ambulat, sed
currit, dicens cum spōsa: *In odorem unguentorum tuorum curramus.* Ad
hoc autem, secundum Bernardum, vt interior oculus, scilicet intenti-
onis, sit vere simplex, duo sunt illi necessaria scilicet charitas in inten-
tione, & veritas in electione. Cuius ratio est, quia charitas intentio-
nem ad omnia, quae sunt ad finem intentum, dirigit & extendit, ac per
hoc arctius vnit, cum in omnibus vnum intendit, & ad vnum tendit,
& omnia, quantum potest, cum illo vno vniri quaerit. Veritas autem
non finit errare circa finem. Haec ergo duo faciunt oculum simplicem,
amor boni, & cognitio veri: quia charitas non finit intentionem ante
finem intentum stare, nec veritas finit eam circa finem errare, quia non
quaerit angulos, nec ei diuersoria placent. Simplex intentio, decor, in-
teritium, & finis est omnium virtutum, quas Deo semper offert in sacrifi-
cium laudis & gratiarum actionis. Illa simplex est intentio, quae, nisi in
ordine ad Deum, nihil complectitur extra Deum, omnem simulatio-
nem & cordis duplicitate expellens. Est etiam interni spiritus ama-
toria quaedam inclinatio, diuino lumine luminosa, spem, fidem, &
charitatem complectens, & totius vitae spiritualis intimum fundamen-
tum existens. Tertius gradus dicitur intentio deiformis, vel deifica-
ta, vt pote amore finis aeterni totaliter attracta. Et est proprie beatorum
in patria, quia iam intentio fit tentio aeterna, & elicitur a voluntate
affectata deiformiter: quam intentionem quidam inebriati feruore
spiritus, etiam in statu viae cupientes attingere, quotidie laborare non
cessant, vt hanc felicem deificationem & perfectam diuinam assimi-
lationem assequi mereantur. Deificatio vero, secundum Bernardum,
in voluntate nihil relinquit admixtum, nihil proprium, sed totum per
intentionem dirigit in Deum. O pura, inquit, & deifica intentio vo-
luntatis: eo certe deificatio & purior, quod in ea de proprio iam nihil
admixtum relinquitur: eo suauior & dulcior, quod totum diuinum est,
quod sentitur. Sic enim affici est deificari: quae deificatio suam perfe-
ctionem

Honorem consequitur in futura vita, ubi omnem in Sanctis humanam
 affectionem, quodam ineffabili modo necesse erit à semetipsa lique-
 scere & deficere, ac in Dei penitus voluntatē trāsformari. Alioqui, quo-
 modo *Deus erit omnia in omnibus*, si in homine aliquid de homine su- 1. Cor. 13.
 pererit? Unde dicit beatus Thomas, quòd in æterna beatitudine ani-
 ma fruere Deo propter Deum. Hoc enim est propriè frui Dei
 amore, ei inhzere propter seipsum, non propter aliquod commo-
 dum. Nam delectatio, qua Deum anima comprehendit, accendit eam
 ad desiderandum multo vehementius diuinæ gloriæ manifestationē,
 quàm propriam beatitudinem. Valde enim manifestatur diuina glo-
 ria, cum se fidei animæ Deus exhibet ad fruendum. Et tanta purita-
 te afficitur anima circa Deum, quòd multo vellet libentius æterna fe-
 licitate pritari, quàm Dei volūtatem in aliquo retardari. Magnā quip-
 pe reputaret beatitudinem, cum proprio detrimento diuinā in omni-
 bus implere voluntatem. Et illius intentionis deificæ sequelam petit
 ab anima sponsus æternus, in signum fidelissimæ amoris. Et prosequi-
 tur in eodem libro de Beatitudine beatus Thomas: dicens: Eia, quan-
 ta iucunditas animæ nascitur, quando Creatori suo vicem rependit in
 amoris sinceritate, quem nulla sanctitas, nulla bonitas in anima, vel
 utilitas, traxit ad amorem animæ: sed innata bonitas, vt commu-
 nicaret animæ beatitudinem æternam in seipso, pro qua conferenda
 maxima laborauit diligentia. Nam hoc est proprium bonitatis eius, vt Bonitas Dei
quanta.
 ubiq; ad fruitionem sui aliquos associet, & se eorū malis portādis atq;
 delectis omnino exponat. Tanta, inquā, bonitas Dei, cui non est men-
 sura, vel numerus, tantam requirebat societatis coniunctionem, vt de
 omnibus bonis suis nullum incommunicatum retineret, & de malis
 suorū nullū in susceptum relinqueret. Immēsa quoq; bonitas eius pro
 ipsa fontis abyssali copiositate fluxus habere debuit vsque ad vltimū
 & supremum, vt essent opera misericordiæ & beneuolentiæ ab ipso flu-
 entia, vltra quæ, & supra quæ, quòd se extenderet, non haberet. Et hoc
 erat indubitāter sui ipsius largitio, quo nihil maius in bonis habeat, vt
 conferat: & mortis amicorum susceptio, quo nihil amici in malis ma-
 ius habent, vt ipse suscipiat. Hæc Thomas. O felix anima, intentione
 deificæ dilecto coniuncta, quæ iugiter horum memoria ex omni virtu-
 te summæ Trinitatis se sentit amari, & Deum toto amore circa eam
 occupari, quasi omnium creaturarum sit oblitus, in quo tanta est iu-
 cunditas, & amabilitas, quòd cognitus ab anima, statim ipsam ad se

trahit, eamque vehementer in amorem suum absorbet; more adamantis, qui virtute sua fortiter ad se ferrum trahit.

De contemptu sui & mundi, exemplo Philosophorum, vt perfectè comprehendat Christi vestigia. Cap. XXVIII.

Cant. 1.
Contemptus
seculi.



N lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Cantic. III. Sponsa loquitur hæc verba, perfectè nondum ab omnibus expropriata, ac propterea mentaliter adhuc obnubilata, diuersisque impugnationibus agitata. In lectulo, inquit, meo, tanquam proprium amplectens, quem cum sponso communem habere debuerat, cum illa perfecta, quæ dicebat: *Lectulus noster floridus*, de qualibus ait & Diuus Augustinus: Illi non amant Christum, qui plus aliquid amant quam Christum. Si vis ergo tenere, quod non habes; dimitte quod habes, vt amor Christi sit in corde tuo. Ecce petis à Deo, & dicis: Domine da mihi. Quid dabit tibi, qui videt aliunde manus tuas occupatas? Ecce Dominus vult dare quæ sua sunt, & non habet vbi ponat. Dimitte ergo quod tenes, & accipies quod quæris. Dimitte temporalia & caduca, & accipies æterna. Quod si habitat in te amor mundi, nõ est quo intret amor Dei. Vases, sed plenum es. Funde quod habes, vt accipias quod non habes. Funde amorem seculi, vt implearis amore Dei: quia pariter in vno corpore habitare non possunt. Cœpisti Deum diligere, cœpit Deus in te habitare. Quantum in te crescit amor Dei, tantum crescit & pulchritudo. Et ipsa charitas est pulchritudo animæ. Nec solum requiritur contemptus mundi, sed etiam contemptus sui, vt Deo iungatur, & ei fideliter seruiat. Vnde de se dicit Fortunatus: Ad hoc, vt Christo dignè seruiã, dignè viuam, necesse est, vt pro Christo me viuaciter totaliterque contemnam: quia nemo Christum sequitur, nisi *carne suam* crucifigat. Nemo autem hominum se crucifigit, nisi per sui ipsius felicem probabilemque contemptum. Quod si (vt dicit Chrysostomus de compunctione cordis) principibus seculi famulantes tantum requirunt, si quid lucri temporalis habeat vsus eius militiæ, quod si solum cognouerint, iam nullus refugitur labor, nullum periculum vitatur, officia seruilia non negabit, peregrinationes, contumelias, mutationes temporum, & omnem laborem sustinebit spe lucri: coniugis & liberorum absentiam tolerabiliter patitur, non patriæ, non charorum mollitur affectu, sed cupiditate pecuniæ velut amens effectus, nil labo-

Galat. 1.
Contemptus
sui.